Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collatio locorum de consolatione

Melanchthon, Philipp

Vvitenbergae, 1549

Quartus.

urn:nbn:de:bsz:31-61720

Visual Library

Moyses, Aaron, Dauid, Iosias, & innumerabiles alij, & tamen hanc consolationem, tenuisse quam recitat Dauid in Psalmo 32. Beati quorum remissæ sunt iuiquitates & quorum tecta sunt peccata. Confugiamus igitur a filium Dei.

Quartus.

Exempla. In Ecclesia maxime illustria exempla habemus, quæ perspicue ostendunt & uoluntatem Dei esse, ut similes efficiamur imaginis Christi, & simul nos de causis eius consilij erudiunt, Multa etiam in his sunt liberationum testimonia, ut postea dicetur, & expresse scriptum est. Iudicium a domo Dei incipit. Cum igitur totum illud Pulcherrimum

agmen intueris, filium Dei, Abel, Israelitas in Aegipto, Ionathan, Dauid, Ezechiam, Esaiam, Ieremiam, Danielem, Baptistam, Apostolos, Martyres olim & nunc a Turcis & alijs crudelissime trucidatos, ne existimes te abiectum esse a Deo, sed similiter patiaris.

Quintus.

Collatio euentuum. Nunq; sunt res secundæ sine uitijs. Et si sapientes & sancti non fuerunt moderati, quid minus sapientes, & minus frenati timore Dei facerent, elati rebus secundis? Nec sanata essent Ecclesiæ mala, in tali ὁνᾳξχια & dissimilitudine opinionum & uoluntatum in alijs. Commendemus igitur Deo constitutionem Ecclesiæ, & petamus ut ipse gloriæ suæ & hæreditati suæ opem ferat, & fateamur nos non posse regi humanis consilijs.

Hactenus recitati loci aliquo modo congruunt cum Philosophicis. Nunc sequuntur alij proprij Ecclesiæ Dei, extra & supra